Indignus misericordia Dei, qui nunquam compassus proximo
Optimum Principem Cineribus dominari consuluit
Quia tamen animam Christi Sanguine ademptam
Habuit
Requiem ei præcare, et dic mæsta voce
Requiescat in pace, post mortem,
Qui dum viveret, promeruerat requiem in Patibulo
Vale Uiator, & abi.

Epitaphium Campiductorissæ Magnæ
Capitularis Anus
Erinna Mobilana genere
Fide et moribus Græca, Allecto Polona
Trium Virorum Uxor, Quarti Domina
Filij Nouerca, Illicitæ Condæi Electionis Obstetrix
Impia Oppreſsionis libertatis Polonæ Nutrix,
Ciuilis Incendij fomes, æterni papulum,
In hac urna Ossa deposuit
Marito suo Vitiorum suorum, ex asse hæres,
Præter Artes, Uiresq uexandi Rempublicam
In Vita nil sumpsit, post mortem nihil reliquit
Obijt Anno reparatæ Mundi Salutis MDCLXVI.
Reparandæ Polonæ libertatis Anno Secundo
I. O. Patria
Quam cito, et feliciter respirasses
Si talia Monstra sæpius expirarent.

Terra tegit terram.
Hic teger Terra Henricus de Gente Gisorum
Hisce Viator abi, cætera Fama dabit
Hic Epitaphium lapidi incisum cernitur in Templo Gedanen B. Mariæ dicatum,
nimis ambitiosum pro priuato.